

Statuens, ut major natu ex illis Comitum de... gen- si idoneus fieret, per- petuus sit Ec- clesie ejusde advocatus.

Decimas Mo- nachis indul- get.

Est vero quocumque praxatu sine Prapostii li- centia de clau- stro disce- dere interdi- cit.

In communi interdico sa- cra peragere, exclusis ex- communicatis, permissis.

Sacramenta vero, ut a Diocesano Episcopo per- cipiant, ha- tuir.

Liberam ini- bi sepul- ram omnibus concedit.

Solite con- clusiones.

inentiis suis, sylvam quoque adjacentem monti vestro in Mulbacensi via, Virlebach cum omnibus pertinentiis suis, Embra cum pertinentiis suis, Syrinchke cum pertinentiis suis, Walfenberg cum pertinentiis suis, Mainckoven cum pertinentiis suis, Vennebach cum suis pertinentiis. Sancimus etiam juxta devotionem bone memorie Alberti Comitis, vestre Ecclesie fundatoris, ut ille, qui de progenie sua major natu fuerit, Locum vestrum, & bona, ad eum pertinentia pro salute anime sue a proavorum incurfione defendat & nullus in eis exactiones imponat. Quod si inutilis fuerit, liceat vobis, ipsum consilio Babenberg. Episcopi ab ipsa defensione remove, & alium idoneum substituere. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Statuimus quoque, ut Ordo Canonicus secundum B. Augustini regulam, & institutionem fratrum Pramonstratensium perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Addentes etiam interdicens, ut nemini vestre professionis facultas sit, alicuius levitatis infinctu, vel arctioris religionis obtentu, sine licentia Prapostii vel Congregationis vestre de clauastro discedere. Quod si discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus Monachorum, abque communium literarum cautione eum audeat retinere. Si vero secundo tertiove vocatus redire contempserit, liceat ejusdem loci Prapostio canonicam in eum proferre sententiam. Liceat quoque vobis, in communi interdico ipsius terre, exclusis excommunicatis & interdicitis, summissa voce divina officia celebrare. Porro sacramenta Ecclesiastica a Diocesano suscipietis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicę Sedis habuerit, eaque vobis gratis & sine pravitate voluerit exhibere; alioquin, catholicum, quemcumque malueritis, adeatis Antistitem, qui nimirum nostra fultus autoritate, quod postulatur, indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri delibera- verint, devotioni, & extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interditi sint, nullus obstat: salva justitia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicę auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicę justitię. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica seculari sive persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emenda- verit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem Loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Viterbii per manum Guidonis sanctę Romanę Ecclesie Diaconi Cardinalis, & Cancell. X. Kalend. Januarii, Indictione X. Incarnationis Dominicę MCXLVI. Pontificatus vero Domni Eugenii III. Papę anno II.

Dat. die 23. Decemb. ann. Dom. 1146. Pont. ann. 11.

XVII.

Cenobio S. Margarite in Osterhoven. Ordinis Pramonstraten. Bamberg. Diocesis bona omnia confirmantur, privilegiaque nonnulla ad regularem disciplinam subtinendam conceduntur.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Truthmaro Prapostio Osterhoven. Ecclesie sanctę Margarithe, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ex Tom. III. Metropol. Sa. lzburg. Hun. dii.

Exordium.

Quoniam sine vere cultu Religionis charitatis unitas non potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi officium, expedit apostolicę auctoritati religiosas personas diligere, & eorum loca pia protectione munire. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona impresentiarum iuste & canonicę possideret, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, prefate Domino, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Statuimus quoque, ut Ordo Canonicus secundum B. Augustini regulam, & institutionem fratrum Pramonstraten. perpetuis ibi temporibus inviolabiliter observetur. Addeptes etiam interdicens, ut nemini professionis vestre facultas sit, alicuius levitatis infinctu, vel arctioris Religionis obtentu, sine Prapostii vel Congregationis vestre licentia de clauastro discedere; quod si discesserit, nullus Episcoporum, nullus Abbatum, nullus omnino hominum, sine communium literarum cautione eum audeat retinere. Si vero secundo tertiove vocatus redire contempserit, liceat ejusdem loci Prapostio, canonicam in eum proferre sententiam. Liceat quoque vobis in communi interdico ipsius Terre, exclusis excommunicatis & interdicitis, summissa voce officia celebrare. Porro sacramenta Ecclesiastica a Diocesano suscipietis Episcopo, si quidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicę Sedis habuerit, eaque vobis gratis & sine pravitate aliqua voluerit exhibere; alioquin, Catholicum, quemcumque malueritis, adeatis Antistitem, qui nimirum nostra fultus autoritate, quod postulatur, indulgeat. Prohibemus insuper, ut nullus Advocatus locum vestrum, sive homines, vel bona ad ipsum pertinentia, injustis aut indebitis audeat exactionibus fatigare. Sepulturam quo-

Ecclesiam hanc sub Sedis Apost. protectione recipit.

Bonaque omnia Cenobio confir- mat.

Nonnulla statuit.

Nonnullaque concedit.

Clasulo:

Dat. die 23. Decemb. ann. Dom. 1146. Pont. ann. 11.

Exordium.

Monast. sub protectione Sedis Apost. recipiens.

Eidem factas faciendasque donationes omnes confir- mat.

quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interditi fuerint nullus obstat: salva justitia matricis Ecclesie. Decernimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat, prefatam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, vel quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicę auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicę justitię. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica seculari sive persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem Loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Datum Viterbii. X. Kal. Jan. Indi. X. an. Domini MCXLVI. Pontificatus Domni Eugenii Papę III. anno II.

XVIII.

Diploma pro Monasterio S. Georgii in Brufenningen. Diocesi.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Erboni Abbati Monasterii S. Georgii Brufenningen. ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Ad hoc universalis Ecclesie cura nobis a provifore omnium bonorum Deo commissa est, ut religiofas diligamus personas, & beneplacentem Deo religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim ideo gratus aliquando famulatus impenditur, nisi ex charitatis radice procedens a pravitate fuerit conservatus. Oportet ergo, omnes Christianę fidei amatores religionem diligere, & loca venerabilia cum ipsis personis, divino officio mancipatos, attentius confovere ut nullis pravorum hominum agitentur molestiis, vel importunis angustiis fatigentur. Huius rei gratiã, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & prefatum beati Georgii Brufenningen. Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus. Statuentes, ut quascumque Loca, quascumque possessiones, ab Ortone bone memorie Babenberg. Episcopo, & Engilberto successore ejus, canonicę vestro Monasterio sunt oblata, aut imposterum ab eorum successoribus, sive ab aliis Dei fidelibus simili modo, seu concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, aut etiam rationabi-

libus aliis modis, prefate Domino, eidem Loco conferri contigerit, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesiam Schambach, Hmburch cum appendiciis, Gebenpach cum appendiciis, Oberdorf cum vineis adjacentibus, Ecclesiam Neunkirchen, Irenreut, Dietpurgreut cum appendiciis suis, Awe, Achebach, Buche, Bruckedorf. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus & sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino a vobis decimas exigere presumat. Adjicimus etiam, ut in Ecclesiis, que in fundo Monasterii vestri sunt, liceat vobis, honestos eligere Sacerdotes, qui nimirum per vos Episcopo presententur; atque si idonei fuerint, ab eodem Episcopo curam animarum suscipiant, eique de spiritualibus, vobis vero de temporalibus respondeant. Quod si commune in terra illa fuerit interdicitum, exclusis ab Ecclesia vestra excommunicatis & interdicitis, clausis januis, liceat vobis, summissa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ejusdem Monasterii liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extreme voluntati, nisi forte excommunicati vel interditi sint, nullus obstat: salva justitia matricis Ecclesie. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva Sedis Apostolicę auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicę justitię. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica seculari sive persona, huius nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subiaceat; Cunctis autem eidem Loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. EGO EUGENIUS Catholica Ecclesie Episcopus subscripsi.



Ego Theodewinus S. Rufine Episcopus ss. Ego Gregorius Presb. Card. S. Callisti ss. Ego Guido Presbiter Card. tit. S. Chryfologi ss. Ego Ubaldu Presb. Card. SS. Joannis & Pauli ss. Ego Aribertus Presb. Card. S. Anastasie ss. Ego Julius Presb. Card. tit. S. Marcelli ss.

In Ecclesiis ad Monasterium pertinentibus presbiteros per Monachos eligi statuit, qui curam animarum ab Episcopo suscipiant.

In communal terre interdico Monachis clausis ostiis, sacra parage re indulget.

& S. R. E. Card. subscriptiones.

Ego

Ego Imarus Tusculanus Episcopus is. Ego Otto Diac. Card. tit. S. Georg. ad Velum aureum is. Ego Guido in Romana Ecclesia Altaris Minister is. Ego Joan. Diac. Card. S. Mariæ novæ is. Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu is. Datum Viterbii per manum Guidonis S. Romanæ Ecclesiæ Diac. Card. Cancell. X. Kal. Jan. Indiæ. X. Incarnationis Dominicæ an. MCXLVI. Pontificatus verò Domni Eugenii III. PP. anno II.

Dat. die 22. Decemb. ann. Dom. 1146. Venet. an. 11.

XIX.

Privilegium pro Ecclesia sancti Pancratii in Ranshoven.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Manegoldo Præposito Ranshovenis Ecclesiæ beati Pancratii Martyris, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Idia

Exordium

Ranshoven- sem Ecclesi- sub prote- ctione Sedis- pol- recipit.

Eique bona omnia confir- mat.

Canonicos Episcopo ordi- nario in- spiritalibus subiectos de- clarat.

Propositum veto a solis Canonicis o- riginem.

& beati Augustini regulam providerint eligendum. Ad hæc, quoniam locus vester est sic institutus, ut Advocatus bonorum præfati Ducis in partibus illis, ejusdem quoque loci sit Advocatus, prohibemus, ut nec ipsi, nec alicui subministro ejus liceat, eundem Locum injustis gravaminibus infestare. Quod si fecerit, & secundò ac tertio commonitus non emendaverit, consilio & auxilio ipsius Ducis ipsa Advocatia ab inutili auferatur, & alius idoneus loco ejus substituatur. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri delibaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salvâ justitiâ matricis Ecclesiæ. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfata Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut quibuslibet molestiis fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesani Episcopi canonicâ justitiâ. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac sanguine Dei & Dñi Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat. atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia pacis æternæ inveniant. Amen.

Advocato ipsam Ecclesiam ullo gravamine afficere non licere.

Ejusque sepulturam fore liberam.

Solite conclusiones.

Dat. die 2. Aprilis anno Domini 1147. Pontif. anno III.

Ex Concil. T. XII. col. 1586.

Exordium

S. Dionysii Abbati mandat, ut Abbatem in hac Ecclesia & Monachos constituat.

Data Trevis per manum Guidonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, IV. Idus Aprilis. Indictione X. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVII. Pontificatus verò Domni Eugenii III. PP. anno III.

XX.

De Monachis in Ecclesia sanctæ Genovesæ constituendis.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Sugerio Abbati sancti Dionysii, salutem & Apostolicam benedictionem.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, ad Religionem tuendam diligenter intendere, stabilitam verò exacta diligentia conservare. Inde est, sicut tua novit dilectio, quod cum charissimo filio nostro Ludovico illustri Francorum Regi contulimus, ut in Ecclesia sanctæ Genovesæ Religiosos fratres ad Dei servitium poneremus: quod, brevitate temporis prohibente, secundum ipsius & nostrum propositum nequivimus effectu mancipare. Verum quia vices regias in Galliarum partibus dignosceris exercere, & quia de tua plurimum discretione confidimus, per præsentem tibi scripta mandamus, quatenus Priorem Abbatem in Abbatem liberum & absolutum ibi statuere, & octo fratres tres Ecclesiæ sancti Martini de Campis ejus societati studeas deputare: ut exemplo

plone conversationis eorum, qui minus honestè sapiunt, ad divinum officium provocentur. Nos verò Priori sancti Martini de Campis per Apostolica scripta mandavimus, quatenus prædictum numerum fratrum, cum tibi placuerit, exhibeat, & concedat: sustentationi quorum beneficium Decanatus, & præbendas venerabilis fratris nostri Sylvanctensis Episcopi, Gregorii Diaconi Cardinalis, & Antisthodorensis Theaurarii filiorum nostrorum auctoritate Apostolica deputamus; ad ipsorum quoque usum omnia beneficia Canonico- rum decedentium assignari volumus, & jubemus. Datum Lingonis III. Kalendas Maii.

Sustentationi eorum providet.

Dat. die 29. Aprilis (a).

XXI.

Monasterium Rothonense sub tuitione Sedis Apostolicæ suscipitur; confirmatque bonis omnibus, nonnulla eidem conceduntur privilegia.

Ex MS. S. Michaelis in periculo Maris editis Martiane Theaur. Anec. dot. Tom. I. col. 40.

Exordium

Monasterium sub tuitione Sedis Apost. recipiens.

Eidem bona omnia confir- mat.

Abbatem per solos Monachos eligendi statuit.

In Ecclesiis Parochialibus Presbyteros a Monachis præponi, ab Episcopo vero curam animarum suscipere decernit.

Cui ipsi Presbyteri & Monachi sine subiecti in spiritalibus.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Yvoni Abbati Rothonensis Monasterii ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Edictum, quod ad Religionis propositum, est animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo, est sine dilatione complendum. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus elementer annuimus, & præfatum Rothonense Monasterium, quod sanctæ Romanæ Ecclesiæ juris existit, prædecessoris nostri felicitis memoriæ Gregorii VII. Papæ vestigiis inherentes, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona idem Monasterium impresentiarum iuste & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrique successoribus & illibata permaneant. Obeunte verò te, nunc ejusdem Loci Abbatem, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, de eadem Congregatione providerint eligendum. Quod si talis qui huic regimini congruat, inter vos inveniri non poterit, cum consilio Romani Pontificis aliunde sibi patrem & magistrum expetant. Porro in Ecclesiis, quas tenetis, statuimus, ut Presbyteros eligatis, & Episcopis presentetis. Quod si idonei fuerint, Episcopi curam animarum committant, ut hujusmodi Sacerdotes de plebis quidem cura eis respondeant, vobis autem pro rebus temporalibus debitam subjectionem exhibeant. Christum, Oleum sanctum, consecrationes Altarium sive Basilicarum, & ordinationes Monachorum seu Clericorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a Diocesani accipietis Episcopis, si quidem gratiam atque communionem Apostolicæ Sedis habuerint, & si ea gratis &

sine pravitate voluerint exhibere; alioquin, liceat vobis, a quibus malueritis catholicis Episcopis eadem Sacramenta suscipere. Sepulturam quoque ipsius Loci liberam esse concedimus, ut eorum, qui se illic sepeliri delibaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salvo tamen jure matricis Ecclesiæ. Hoc quoque præsentis capitulo subjungimus, ut ipsum Monasterium, & Abbatem ejus, vel Monachos, ab omni seculari servitio sint infestatione securi, omnique gravamine mundanæ oppressionis remoti, in sanctæ religionis observatione seduli atque quieti, nulli alii, nisi Romanæ & Apostolicæ Sedi, cujus juris est, aliqua teneantur occasione subiecti. Ad indicium autem, quod Cœnobium eorum, juris sit beati Petri & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, singulis annis tres aureos nostro Lateranensi Palatio perfolvetis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Libertatem sepulture in iisdem Ecclesiis omnibus tribuit non excommunicatis, & salvo jure matricis Ecclesiæ. Monasterium ipsum ab omni locali potestate eximit.

Reservatis tribus aureis quolibet anno Lateranensi Palatio persolvendis. Solite conclusiones pro indicium Monasterii bonorumque ejus.

Se confirmat. nonne hujusce Diplomatis.

S. PETRVS * S. PAVLVS. EVGENIVS PP. III.

Sigilla Eugenii PP.

FAC MECVM SIGNVM IN BONVM.

Ejusque subscriptio.

EGO EUGENIVS Catholica Ecclesiæ Episcopus subscripsi.

Subscriptio, nec quædam Card. S. R. E.

Ego Theodevinus S. Rufinæ Episcopus is. Ego Albericus Ostiensis Episcopus is. Ego Imarus Tusculanus Episcopus is. Ego Guido Presb. Card. tit. S. Chryzogni is. Ego Gislebertus indignus Sacerdos tit. S. Marci is. Ego Gregorius Diac. Card. S. Angeli. is. Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmedin is.

Dat. die 24. Junii anno Dom. 1147. Pont. an. III.

Datum Meldis per manum Guidonis S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii, VIII. Kalendas Julii, Indiæ. X. Incarnationis Dominicæ anno MCXLVII. Pontificatus verò Domni Eugenii III. Papæ anno III.

(a) Sicut hæc referenda ad hunc annum.